

Ego quantum possum, in scilicet illis fortiter resisto, nec rem
ullam tantam esse puto, ut à recto et vero propterea
sustineam deflectere. Interim doleo, quod id, quod pie volo,
effectum dare non valeo. Potens enim est, progenies illis,
qui instar Bileami conductus videtur, ut castris Domini
maledicat. Pacti nuper fuerunt ministri aliquot Bel-
gici incunde concordie causa. Remonstrantes, ut
vocant, pacem crepant, veritatem inquinant et im-
pugnant, non videntes displicere Deo clandestinum
illud Sivortium. Obiiciunt nostros, quod turbatores
sint in Ecclesia. Sed commune hoc eis est cum
Achabo, qui cum turbasset Israelem, id tamen crimi-
nis obiiciebat Elia. Gaudeo quod nuper ex literis
tuis ad amicum quendam intellexi, quis sit Acronius
ille, qui stratagemata Satanae scripsit; cuius libellos
D. Vorstius post libros Scripturae voluit mihi esse
commendatissimos. Plura nunc non addo. Dnius
tuae senectutis laboribus affatim in rem Ecclesiae
benedicat. Raptim 7 Junij Hoibus Steinf. Benth.

158.

Carissimo D. Patris Joannes à Munster in Vortlage.
S. P. Reverende et Carissime. Vir, amice summa
observantia colende. Quam mihi et filio meo
gratulatus sum, atque etiam nunc gratulor, quod à
te hospite tanto filius meus receptus est in con-
victum, non facile scripserim. Facilius enim
scio, quam effari, quanti referat juvenes tales habere
hospites. Spero quoque filium meum tibi tuisque non
fore molestum, curaboque, ut omnia suo tempore
cum gratiarum actione persolvantur. Epithala-
mia filii tui doctissima, quibus cum tota Angelo-
rum et hominum Ecclesia nuptis Electricitatis
et Regis merito congratulatur, fuere mihi gra-
tissima. Sex libros contra Bellarminum s. quo-
rum partem ex te habeo s. tuo mihi comparabo
tempore. Quod Spanii Jesuita furias et dicitur
tatem non curas, neque te in cursu retardari susti-
nes, probo, oroque Deum, ut labores tuos benedicere,
et te in

et te in multos annos Eclesia Christi utilem et necessarium
vivere pergat, sanctè jubere. Plura in mundinas
proximas, quibus et libellum quendam novum, s. sed juxta
illud: Primum quodq; verissimum, posterius vero adulte-
rinum et antiqua referentem, uti ex titulo propusiti-
onis facile conjicies, lectu, uti spero, non injucundum,
transmittam. Vale lumen Germaniae, et filium
meum, ut facis, tibi commendatum habe. Brevitati,
ne tibi molestus sim, hac vice studui. Vale iterum,
Sarde colendisime. 4. Julij 1613.

139.
Elev. Johanni Jacobo Gyneo David Pareus
Salutem. Gratias sit Deo Patri misericordiarum, qui
sanctam nostram Estheram precibus vestris et nostris
clementer restituit. Sed audi aliud majus divine be-
nignitatis oraculum. Prædie idus Sept. Josias noster
cum Gyneo et Bulioneo venatum egressus vix extra
oppidum solus obsequitans incidit in rusticum furiosum
Rorbacensem, qui equo ad frenum comprehenso post
multa verba reddens, minimè furiosum arguentis
descendere jussu stricto ente, iterato ictu impeti-
vit, ac leviter in brachio vulneravit. Heros filo-
pety explosis sed irritis ictu hostem à se abegit, qui
mox ab intervenientibus comprehensus carcere, nunc
detinetur. Subit mihi historia sinei jussu Dei ma-
ledictis Davidi. Utinam noster ad Deum hinc consen-
deret ac redderet hanc tandem cordi haberet:
Sanè universa Ecclesia agnoscit et celebrat pater-
nam clementiam. Non displicuisse vobis studium
meum gaudeo. Invitaveram Jesuitos firenses vici-
nos ad Academicam et placidam disputationem. At
illi causati saluum conductum, Generalis sui veniam
et nescio qua alia satis habuerunt pro concione
in theatro debauchari histrionice prorsus, ut satis
obtulerunt amici perscribant. Ne tamen tergi-
versari Cryptos eorum Joh. Magirus viderem
literis disceptationem de hoc argumento mihi